

DE
ADVOCATIIS
FEVDALIBVS

TRACTATUS IURIDICVS.

AUTORE ERASMO A CHOKIER
I. C. Leodiensi.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCKIVM sub Monocerote,
M. DC. XXIV.





PERILLI AC RMO. DOMINO D^o

ARNOLDO A BOCHOLTZ

ECCLESIARVM HILDESIMENSIS,
LEODIENS. & TONGRENS. PRAEPOSITO,
DYNASTÆ IN BOCHOLTZ.
Cortezem &c.



Vodolim celebris ille Cato Maior afferuit, plus sc Reipubl. profuisse disciplinam militarem cōferendo in litteras, quām hostes expugnando; quippe quod vnius ætatis sint ea, quæ fortiter sunt, ac verò, quæ pro Reipubl. utilitate scribūtur, eternæ posteritati mandantur, id ego de iurisprudentia, quæ militaris prudentiæ cognata, aliorumq; scientiarum dominatrix est, iure assero, plus longè de Reipubl. mereri, qui litterarum monumentis, iurisprudentiæ arcana illustrant, quām qui priuatiss Thēmidibus lucernam iuxta parœmiam Euangelicam, sub modo ponentes, vitam occulto iurisprudentiæ studio transfigunt. Quod quidem hactenus me mouit, ut Iurisdictionis ordinariæ in exemptos, vicissimque exemptionum à Iurisdictione Ordinaria materiam à nemine prius discussam, sub auspicijs Ser. ^{mi} Reu. ^{mi} FERDINANDI Electoris Coloniens. optimi nostri Principis Leodiens. duobus successiue tomis, bono, ni fallor Orthodoxi orbis euulgare. Cum autem eadem interdum studia interiungerem, atque aduocatias, quibus orbis Christianus, ac præfertim Germania, Belgiumq; abundat, pro Ecclesiarum, quæ iam ab hæreticis oppugnantur, protectione, defensioneq; stabilitas, conuersâ manu in earum damnum atq; perniciem, partim ex ignorantia, partim ex amphibologia Aduocatialis istius potestatis cedere animaduerterem, animum induxi meum ad illarum explicationem, enucleationemque ac impedio magis, quò frequetiore studio in hoc materię pelago inueni neminem, qui ex professo eam pertractaret: paucissimos verò tantum, qui eam cursim & velut per satyram attingentes, tanquam si in aqua hærerent, subflstant, testen-

DE
ADVOCATIIS FEV-
DALIBVS, QVAS GERMANI
Bogt / aut Bogthet Galli Aduocat̄ vocant,
TRACTATVS,
AVTORE ERASMO A CHOKIER
I. C. LEODIENSI.

QVÆSTIO I.

De antiquitate Aduocatorum, deque varia eorum nomen-
clatura.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|---|
| 1 De antiquitate Aduocatorum. | burgi. |
| 2 Profluxerunt à Romanis. | 7 Analogia Aduocatorum cum defensori- bus ciuitatum. |
| 3 Qua & Horomannis de Advocatis no- tarit. | 8 Aduocatorum institutio & causa & fides. |
| 4 Aduocati à quibusq;am vocantur Sus- cepti. | 9 Pitius ad Conf. Troyenses quedam de Ad- vocatis scripsit, qua hic recensentur. |
| 5 Aduocatio dicitur tutela sacerdotalis alicuius collegij. | 10 Aduocatio frequentes sunt apud Ger- manos. |
| 6 Aduocati à prisca vocabantur Mam- | |



Duocatorum usum antiquum esse constat abunde ex historiarum monumentis. Extant etenim etiamnum aliquot constitutiones Caroli Magni, Pipini, Ludouici, Lotharij, aliorumque Imperatorum de Aduocatis & Vicedominis, in lib. Legum Baioariorum Tit. de Aduocatis & Vicedominis. In Concilioque Carthaginensi quinto constitutum legitur cap. ab Imperatoribus, 23. quest. 3. ab Imperatoribus postulandos esse defensores ecclesiis per quos protegantur, cum prouisione episcoporum adversus potentias diuitum, à quibus ecclesiae solebant plerumque nimis affligi, Spec. Tract. de modo celebrandi Conc. generali, Rub. 40. De defensorib. eccles. à principe postuland. Credo ego cum Vdalrico Zasio, de Feudis part. 1. nu. 1. & l. 2. in prim. de origine iuris, & Budæo in annot. ad pandect. l. Herennius ff de cuiuslibet. Aduocatis hodierni temporis à vetustis Romanorum moribus profluxisse. Quippe quod nascente Romana Republica, ac potius iam adulta Potentes, populorum causas

A

tuendas